



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

Ivnivs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)

V. 28 Cui sapiunt omnia, prout
sunt, non vt dicuntur aut æ-
stimantur, hic verè sapiens est,
& doctus magis à Deo, quàm
ab hominibus. l. 2. c. 1.

IV. 29 Fili, erige cor tuum ad
me in cœlum, & non contri-
stabit te contemptus hominis
in terris. l. 2. c. 46.

III. 30 Conuerte te supra, con-
uerte te infra, conuerte te ex-
trâ, & intrâ, & in omnibus,
inuenies crucem, & necesse est
te vtique tenere patientiam, si
internam vis habere pacem, &
perpetuam promereri coro-
nam. l. 2. c. 12.

Prid. 31 Non est hoc purum &
perfectum, quod propria com-
moditate est infectum. lib. 3.
cap. 54.

Dies
mensis

IVNIUS

Kal. 1

Vbi es quando tibi præ-
sens non es; & quando
omnia percussisti, quid te ne-
glecto profecisti? l. 2. c. 5.

B 2

IV. 2.

- IV. 2 Ego reum & innocentem iudicabo : sed occulto iudicio utrumque antè probare volui. 3. c. 51.
- III. 3^o Non omnis affectio quæ videtur bona, statim est sequenda : sed nec omnis contraria affectio, ad primum facienda. 3. c. 12.
- Prid. 4 Iustorum lætitia de Deo & in Deo est, & gaudium eorum de veritate 1. 2. c. 6
- Non. 5 Si carnem diligo, quæ carnis sunt, sapissime imaginor. 3. c. 53.
- VIII. 6 Patientiam omnes cōmendant, quamvis pauci tamen pati velint 1. 2. c. 12.
- VII 7 Iustus non conturbabitur quidquid à Deo ei acciderit. 3. c. 51.
- VI. 8 Si pati non vis, recusas coronari : Si autem coronari desideras, certa viriliter, sustine patienter. 1. 3. c. 21
- V. 9 Noli nimis in sensu tuo credere.

fidere, sed velis etiam libenter
aliornm sensum audire. l. 1. c. 9

IV. 10

Plus proficis in relinquendo
omnia, quam in studendo sub-
tilia l. 3. c. 48.

III. 18

Nunquam eris internus & de-
votus, nisi de alienis silueris, &
ad te ipsum specialiter respexe-
ris l. 2. c. 5.

Frid. 12

Siue parua, siue magna sint,
stude cuncta patienter ferre. l.
2. c. 21.

Idib. 13

Qualis vnusquisque intus est,
taliter iudicat exterius. l. 2. c. 4.

XVIII. 14

Multi mala loquuntur, & ideo
parua fides est adhibenda. lib.
3. cap. 41.

XVII. 15

Habe bonam conscientiam,
& semper habebis lætitiã. l.
2. c. 6.

XVI. 16

Non componas te ad mul-
tam requiem, sed ad magnam
patientiam. l. 3. c. 40.

XV. 17

Sæpe videtur esse charitas, &
est magis carnalitas: quia car-
nalis inclinatio, propria volun-

lunas, spes retributionis, affectus, commoditas, raro abesse volunt. l. 1. c. 15.

XIV. 18 Si recte me inspicio, nunquam mihi facta est iniuria ab aliqua creatura. l. 1. c. 46.

XIII. 19 Si tu scis tacere & pati, videbis procul dubio Domini auxilium l. 2. c. 2.

XII. 20 Quære veram pacem non in terris, sed in caelis; non in hominibus, nec in cæteris creaturis, sed in Deo solo l. 3. c. 40.

XI. 21 Modicum lumen est in nobis, & hoc citò per negligentiam amittimus. l. 2. c. 15.

X. 22 Fili, magis placent mihi patientia & humilitas in adversis, quam multa consolatio & deuotio in prosperis l. 3.

X. 23 Qui bene in pace est, de nullo suspicatur. l. 2. c. 3.

VIII. 24 Ex inordinato amore & vano timore, oritur omnis inquietudo cordis & distractio sensuum l. 3. c. 33.

VII. 25 Christus pati voluit & de
spicere

spici. & tu audes de aliquo con-
queri? l. 2. c. 1.

VI. 26 Noli concupiscere, quod
non licet habere l. 3. c. 31.

V. 27 Hoc optandum est tibi, vt si-
ue per vitam, siue per mortem
Deus semper in te glorificetur
l. 3. c. 53.

IV. 28 Iustè fit: vt qui inordinatè
delectationes quærunt, & sequun-
tur, non sine amaritudine &
cõfusione eas expleant l. 3. c. 13.

III. 29 Tota vita Christi crux fuit,
& martyrium, & tu tibi quæris
requiem & gaudium. l. 2. c. 12.

Prid, 30 Vanum est & inutile de fu-
turis conturbari, vel gratulari,
quæ fortè nunquam euenient
l. 3. c. 35.

Dies

mensis

Kal, 1

IVLIVS.

SI fuerit amor tuus purus, sim-
plex, & bene ordinatus, eris
sine captiuitate rerum. l. 3. c. 31.

VI. 3

Quid times tollere crucem
per quam itur ad regnum? l. 2.
cap. 12.

P 4

Y. 32